


Libro de 31 [illegible]
de [illegible] capítulos [illegible]
[illegible]
[illegible] en la [illegible]
[illegible] 1612
al 1773 [illegible]
[illegible]

us I

dreas de A

neral. &.Vi

ac

cian

en

ACTA CAPITVLI PROVINCIALIS

CELEBRATI IN CONVENTU IMPERIALI Mexicco S. P. N. DOMINICI Die 14. Mensis Maij Anni 1689.



Mexici, apud Viduam Francisci Rodriguez, Lupercio.



✠

INDIVIDVÆ TRIADOS, ET SacroSanctæ Patris, Prolisque genitæ, & Spirati Amoris hæc Sanctissimo in Nomine sunt ACTA CAPITVLI hocce in Imperiali celebrati Conventu Magni Nostri Parentis DOMINICI de Mexico Mensis Maij 14. die, Anno 1689. ab Incarnatione Dñica.

ADM. sub N. R. P. Magistro FR. IOANNE DEL CASTILLO Professore Theologico, Capitulo in eodem (omnium calculo) in Provincialem Priorem electo, Supremi Ecclesiæ Antistitis Alexandri D. N. hoc nomine Septimi authoritate Apostolica nunc, vsque ad confirmationem præsẽtis Capituli, quam â R P. N. M. G. suppliciter petimus, obtemperato, veneratoque reverenter. Diffinientibus pariter cum ipso R. Admod. P. N. Fr. Antonio Leal de Araujo Magistro Exprovinciali, nostræ Domus Sancti Jacinthi Vicario. R. adm. P. N. Fr Josepho de Herrera Magistro quondam Vicario Provinciali, ac in Regia Mexicana Vniversitate nostri Angelici Præceptoris Cathedræ Moderatore, & Doctore Theologo. Reverendo Admodum Patre Nostro Fr. Joanne de Cordova Magistro Exprovinciali, ac nostri Conventus San-

 cti

cti Ioannis Baptistæ de Coioacan Priore. R. adm
P. N. Fr. Hieronymo de Cardona Magistro quon-
dam Provinciali Vicario.

Istæ sunt Absolutiones.

IN primis absolvimus omnes Supriores, & Vica-
rios huius nostræ Sanctæ Provinciæ.

Istę sunt Denuntiationes.

DEnuntiamus Vacanti Provincialatus Officio
huius Nostræ Sanctæ Provinciæ de Mexico ob
mortem Adm. R. P. N. Fr. Josephi de Vega in Sa-
cra Theologia Presentati, ac Prædicatoris Gene-
ralis; potitum fuisse designatione, & exercitio Vi-
carij Generalis prædictæ Provinciæ rité & legiti-
mè R. adm. P. N. M. Fr. Joannem del Castillo vt-
pote actualem Priorem huius nostri Cōventus Im-
perialis S. P. N. Dominici de Mexico, in quo pro-
ximum Capitulum Provinciale futurum fuerat assi-
gnatum per antecedens in iam dicto Conventu ce-
lebratum, sub die tertia Maij Anni proximé elapsi
1687. tam ex vi nostrarum constitutionum ad Dis-
tinctionem 2am. cap. 3. quàm speciali ex ordina-
tione pro hac nostra Mexicana Sancta Provincia
emanata á R. P. N. Magistro Generali Fr. Nicolao
Rodulfio Paritijs data die 20. Augusti Anno 1632
vt ex eius rescripto constat, quod in tabulario iam
dicti Nostri Imperialis Conventus authenti-
cé reservatur in Capitulo Provinciali præterito
Anni Dñi 1633. obsequutum, obtēperatum: vir-
tute

tute cuius in hoc nostro Imperiali Conventu, ac in Capitulo, & per sonum Campanulæ convocato, & in omnibus alijs Conventibus & Domibus nostræ huius almæ Provinciæ dicto R. A. P N. M Fr. Joanni de el Castillo dicti Conventus Priori omnes debitam obedientiam præstitere, eumque tanquam verum ac legitimum Vicarium Provinciæ cognoverunt. Atque adeo declaramus [si opus est) omnia disposita, imperata, acta, & exercita per prædictũ adm. R. P. N. M. Fr. Joannem de el Castillo quondam Priorem, & Vicarium Generalem Provinciæ firma, sine vitio, valida, & rata fuisse, vigilique prudentia, providentiaque disposita, operata.

Denuntiamus, quod die 14. Maij Anni Dñi. 1689. præmissis omnibus de iure ad validitatem Capituli spectantibus, & Præside prædicto adm. R. P. N. M. Fr Joanne de el Castillo Priore, & Vicario Generali nostræ huius S. Provinciæ S. Jacobi Novæ Hispaniæ vocalium, & electorũ vnanimi, & totali consensu, singulariq́, & hucusq́ nunquam simili pace, & concordia visa, electus fuit Prior Provincialis iam dictæ Almæ nostræ Provinciæ idẽ met R. adm. P. N M. Fr. Joannes de el Castillo Vir sapientia, mansuetudine, zelo, Religione, rectitudine, integritate, litteris, & nobilitate divinitus insignitus; quem non vulgari tantum acclamatione, sed frequenti, & nobili plausu Procerum & Magnatum ad maiora tota hæc Mexicea Civitas destinatum proclamare non desinit.

Denun-

Denuntiamus deinde duplicem litteram patẽtẽ R^{mi} P. N. Magistri Generalis Fr. Antonini Cloche subdatum Romæ, alteram vndecima Martij die 1687. & octava Maij 1688 aliam, fuisse directam ad nos. Vbi pro eorum Japoniæ qui in Regno é nostris calicem salutaris Domini ebibere fœliciter, agenda causa erga Beatificationem, piæ tum á Provincia, & conuentibus, à Domibus tũ, & fratre seorsim quocũq; eleemosynæ eflagitãtur: ordinaturq; quodvis virtutis, Religionis, literarij laboris, favorabilium Pontificũ sanctissimorũ Bullarum, Regaliumque schedularum Imperatorũ, & Regũ necnõ omniũ eorũ cõducere, quæ valẽt ad ordinis honorẽ, & honestatẽ, siue á proprijs Filijs Provinciæ, ab alienis siue, de quibus illis notitia nõ dũ advolauit sparsa, expressaq; elaboratũ, obtẽtũ, adeptũ necnõ trãsmitẽdũ esse R^{mo.} P. N. M. Gen. ad typis emãdãdũ, dispositionẽ, iuxta atq; seriẽ operis ipse quod R.^{mus} [vere Religionis Parẽs, Pastorq; bonus) insudare assumpsit, atq; providit. Unde, & R. A. P. Præsẽtato Fr. Joanni Baptistæ Mendes in Regia Vniversitate Doctori Theologo, Sanctissimi Cõmissario Rosarij, Primario studiorũ Imperialis N. huius Conventus Regenti, necnon Chronistæ Provinciæ, cui committimus, hoc specialiter, & cuique huius Fratri Provinciæ almæ nostræ, non solum præcipimus, verum, & rogamus, vt quam totius circa illud laboret præstoque invigilet, R. & adm. P. N. Mag. Provincialis rel nquimus vigilantiæ prudenti, nec

cion

on providentiæ maturæ adunare, colligereque, uæ quisque notitiæ obtulerit, atque largitatis piæ ro nostris iam dictis venerabilibus fratribus duliæ dorandis venerationibus, & R.mo suppetiare P.N. Magistro Generali.

Item denunciamus magna cum hilaritate à R.mo P.N. Mag. Gen. fuisse Missionum, quæ de novo ntenduntur, in quantumque huc vsque permissum fuit nostris circa i las elaborare, & Deo dante, vigili cura, omni atque diligentia, maiorem, tum Sacrosanctæ, quã Regiæ Maiestatis, hoc quæ schedulis, apud R adm. P. N. Magistrum F. Philippũ Galindo reservatis, nostratibus imperavit, eorũq curæ destinavit, & zelo, iuxta institutũ nostrũ prosequetur, insudabiturque in idipsũ, susceptam notitiam, vt per Patentem eiusdem patet litteram sub datum Romæ 16. Maij 1688. Qua propter nostros ad Sanctum hocce opus aggrediendum, quo nil charius Deo, nil acceptius, iusto item in Christo Domino pro obsequio R.mo præstando N. Gen. Mag. nec non proprium obeorum profectum hic ad literam eiusdem R.mi transcribimus, vt continétur in propria eiusdem Epistola ad R. adm. P. N. Præsentatum, & Predicatorem Generalem Fr. Iosephum de Uega directa 18. Aprilis die, 1688. verba sequentia: *V, P. se aplique to lo..., con el mesmo fervor, y cuidado â atender al fomento de las santas Misiones en la Miesse nueva que está á cargo de la Religion, proveyendo buenos obreros, que acompañen al M. R. P.*

Maes-

Maestro Fr. Phelippe Galindo, quiē me noticia averse dedicado à este santo ministerio, y V. P. de mi parte assegure à los que se dedicaren à tan importante negocio, que atendere, cō paternal amor à premiarlos, que tengan cuidado de participarme por instrumento autentico el fructo, y progressos que se hizieren para participarlos à su Sanctidad, y à su Magestad Catholica, y en esto no aya descuido. &c. Ex quo hortamur, o charissimi, vos ne in vacuum gratiam Dei, eorum & qui eius gerūt vices in terra recipiatis: veri sed vt filij œconomi magni animarū Parētis nostri Guzmani, & pro professione, propter & etiam retributionem inclinetis corda vestra Domini ad iustificationes faciendas propria prædicatione, ministerio, assistentiaque in gentibus, quæ in tenebris sedent, & vmbra mortis, formetur quousque Christus in illis, lumine nominis IesuChristi crucifixi, quem prædicamus, zelum asportato per Apostolicum, vestrum (vtinam) imitare volentes illum, qui coram gentibus, Regibus, & filijs Israel, quia Prædicator, tale nomen, vas inde electionis, portavit. Vnde corona circumdatus est iustitiæ, sed non solum ipse, verum vero, & vos qui diligitis adventum magni Dei, missi etiam ad oves quæ perierant domus Israel, duplicatam ipsam Evangelizando his pauperibus reportabitis, in illa die, quæ est Iusti Iudicis.

Item denuntiamus eiusdem R. P. N. M. Generalis evenisse Provinciæ nostræ Sanctæ huic pariter patentes litteras, quibus Reverendi Adm. Patres

Præsentatus Fr. Marcus Rubio, titulo prædicationis, Fr. Dominicus de Sousa Præsentatus, Fr. Ioannes Baptista Mendes Præsentatus, & Fr. Ioannes de Dios Dado Præsentatus, titulo lectionis, instituuntur in Sacra Theologia Magistri; item & RR. Patres Fr. Laurentius de Arana Prædicator Generalis, Fr. Antonius de Cespedes Prædicator Generalis, Fr. Petrus de Salazar Prædicator Gen. titulo Prædicationis, ficuti R.R.P.P. Fr. Dominicus de Alvarado Lector Theologiæ, Fr. Ioannes de Espinosa Lector Theologiæ, & Fr. Franciscus de Ambia Lector Theologiæ, titulo lectionis Theologiæ sacræ; Præsentati sunt pariter cõstituti. Ac tandem RR. Patres Fr. Augustinus Ponze, Fr. Ioannes Cantu, Fr. Antonius Pedrique, Fr. Didacus de Villegas, Fr. Philippus de Siria, Fr. Christophorus de Mendoza, Fr. Ioannes Soltero, Fr. Antonius Marques, Fr. Franciscus de Chavarria, Fr. Frãciscus Marquez, Fr. Ioannes à S. Michaele, Fr. Mathias de Frigola, Fr. Michael de Oxeda Prædicatores designantur Generales, ficuti, & R. Adm. P. Præsẽtatus Fr. Ioannes Baptista Mendes Studiorũ Regens, & Doctor Theologus, aliam per patentem etiam, nuncà R.P. N. M. Generali, missam de novo, Sanctissimi Missionarius, Cõmissariusve, Rosatij. Humiliter, quodam plectimur omne, præsto, reverenter atque ipsi obedimus.

Item denuntiamus aliam per patẽtem litteram eiusdem R. P. N. M. Generalis, sub datum Romæ

 die

die Octobris 19. 1686. Domibus nostris Sanctor
Apostolorum Petri, & Pauli de Tlahuac, Sanct
Augustini Palpam, & Sanctæ Ma iæ Magdalen
de Tepetlaostoc, ad nostrorum petitionem præde
cessorum 15. Maij. 1679. Anni factam, Prædicato
rem Generalem suum cuique fuisse cōcessum: des
tinatumque per patentes litteras eorum ad Dom
de Tlahuac, R.P.Fr. Ioannem Soltero, Ad S. Au
gustini de Palpam, R.P.Fr Michaelē de Oxeda, a
tandem ad Sanctæ Mariæ Magdalenæ de Tepe
tlaostoc R.P.Fr. Ioannem á S. Michaele. Omne ian
impletioni quod prompto admandavimus animo

Item denuntiamus, quod cum ad nos parite
litteræ patentes adventassent eiusdem R^mi. P. N
Magistri Generalis (subdatum hic sub dendum)
tenoris sequentis: *In Dei Filio sibi dile is R. R. Adm*
P. P. Provinciæ Nostræ Sancti Iacobi de Mexico, Ordini
Prædicatorum: Fr. Antoninus Cloche Sacræ Theologia
Professor, ac eiusdem Ordinis humilis Magister Genera-
lis, & servus. Ad petitionem Provinciæ nostræ prædilecta
Sancti Iacobi de Mexico, attenta eius vastissima distantia,
ab hac alma Vrbe, ne casu vacantiæ graduum numeralium
Provincia præfata aliquod damnum pateretur, tam in Præ-
sentatos, quám in Præditatores Generales, aliqui Patres
benemeriti pro locis vacaturis in litteris patentibus specifi-
catis, nominatis, & designatis á nobis hac die secunda Maij,
Anni currentis instituti sunt, nos enim considerantes, quod
aliter loca Præsentatorum, & Prædicatorum Generalium
vacare possent; declaramus eos, quos nominavimus in præ-
fatis

fatis litteris, debere subintrare iuxta ordinem suæ professionis, vel praxim, & consuetudinem Provinciæ in locis quomodocumque vacaturis, non obstantibus præfatis litteris nostris, quas sic interpretari volumus, & alijs quibuscumque. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti Amen. In quorum fidem datum Romæ in Conventu Nostro Sanctæ Mariæ super Minervam. Die 2. Maij. 1688. Fr. Antoninus Cloche Mag. Ordinis. Reg. fol. 2. Fr. Ignatius de Quesada Magister Provincialis Sanctæ Crucis. R. Adm. P. N. Magister Provincialis Fr. Ioannes de el Castillo, tūc *Provinciæ* Generalis Vicarius Almæ huius nostræ, genuinam intelligentiam ad indagandam ordinationis, iam dictæ designationemque in iustitia locorū faciendā R R. A. P. P. á cōcilio adunavit, quorum ex suffragijs committere ipsi R.do Adm. P. N. Magistro Provinciali Fr. Ioanni de el Castillo iuxta ordinationes Actorum pro hac nostra Sancta Provincia R.mi & Ill.mi Archiepiscopi Compostellani 1677. numero 10. providere vnamiter fuit erga dictam designationem secundum patentium datam, alternativæque leges, meritorum servata ratione; vnde iam dictus R. Adm. P. N. Mag. Provincialis maturê, serioque re inspecta vacantia actu distribuit sic cine loca; Locum scilicet *Præsentaturæ* titulo lectionis vacuū ob assumptionem R. A. P. M. *Prioris* huius Conventus nostri Imperialis S. P. N. Dominici de Mexico Fr. Dominici de Sousa R. P. Lectori Fr. Dominico de Alvarado, ex natis in Indijs. Locum Domus nostræ de Atlacoayam

vacuus qui, erat ob mortem R. A. P. N. Præsentati & Prædic. Gen. Fr. Iosephi de Vega. R. P. Prædic. Gen. Fr. Andreæ de el Rosario, ex natis in Indijs; Locum Domus nostræ de Amecamecam, ob assūptionem ad Magisterium R. adm. P. M. Fr. Andreæ de Monrroy vacuum, R. P. Prædicatori Generali Fr. Ferdinando Solano, ex natis in Hispania. Locum Domus nostræ de Tlaquiltenanco vacantem ob mortem R. P. Prædicatoris Generalis Fr. Iosephi de Altamirano, R. P. Pred. Gen. Fr. Didaco de Figueroa, ex natis in Indijs. Locum nostri Conventus de Zacatecas ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr Gregorij de Moya vacantem R. P. Præd. Gen. Fr. Iosepho de la Roca, ex natis in Indijs. Locum Provinciæ, ex huic Almæ nostræ concessis Provinciæ, vacuum ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Ludovici Gomes. R. P. Præd. Gen. Fr. Petro de Valdes, ex natis in Hispania. Locum item vacuum Provinciæ ob mortem R. P. Pręd. Gen. Fr. Nicolai de Villalobos R. P. Pręd. Gen. Fr. Ioanni de Medina ex natis in Indijs; ac tandem locum Domus nostræ de Oaxtepec, vacavit quia ob mortem R. P. Præd. Gen. Fr. Josephi Navarro, R. P. Pręd. Gen. Fr. Angustino Ponze, ex natis in Indijs.

Item denuntiamus nostros Sanctæ Crucis de Zacatecas, & Sanctæ Rosæ de Sombrerete Conventus eiusdem aliam per R.mi Patris nostri Magistri Gen. patentem litteram, sub datum Romæ 17. Maij. 1688. erectos in Collegia, studia ve Generalia

fuisse

fuisse Provinciæ, in taliaque confirmata; Artium taliter, quod lectura, Sacræ & Theosophiæ deinceps valida, pro forma, & gradu, tum Præsentaturæ, quàm Magisterij, inibi facta, rataque sit. Collú placide ad quod submittimus, inclinamus, cuntum necnon ob relatum huc vsque, iuste agimus R.^mo gratias.

Item denũtiamus casu, & fortuito Acta ad nos pervenisse Romani Capituli Generalis die prima Junij. 1686. celebrati, sub R.^mo P. N. M. Gen. Fr. Antonino Cloche, ad apicem vniversi gregis Dominici Capitis, tum pro instituti gloria Guzmani, fœlicitate nostratum & item particulari, experimur iam, expectamusque, Supero favente Numine, & in futurum, electi, quæ sub titulo: *Denuntiationes præsenti* (Romanis. 1664. felic. rec. R.^mi P. N. Fr. Ioann. Bap. de Marinis Generalis, quondam Mag. Ord. 1686. Per R.^mum item, & Ill.^mum Fr. Antonium de Monrroy Compostellanum Antistitem, missiva Epistola ad nos, cõfirmatis, Ordinationibus obsecundantes) humilitate cum debita (terminis vtimur earundem dispositionum) recipimus, & reverẽtia toti huic atque nostræ prædilectæ Provinciæ notificamus. Ordinatum etiam est vt Parisijs 1611. confirmat. 30. vt ab omnibus exacte, & fideliter observentur. Et non solum debitam obedientiam præstamus statim in his, quæ pro toto Ordine in communi sunt in ipsis præcepta, verũ submisso animo, totoque devotionis connatu ea, vene-

tamur

ramur, hilariterque amplectimur, circa quæ pro hac specialiter disponũtur Alma nostra Provincia. Quapropter cum ordinat. 15. institui pro omnibus, & singulis Domibus novos Vicarios in quoque Capitulo Provinciali sit provissum, præceptũ que, denuntiamus, præstam ad illico, illico obediẽtiam humillimam conferẽdum, omnes domos vacas esse Pastoribus, ordinarijs atque Prælatis, quæ potiuntur illis per litteras R.[mi] P. N. M. Generalis assignatis, dumtaxat exipiũtur. At tum quia præceps non nullorum audacia, propriæ qui professionis obliuioni tradunt obligationem, leges, statura, Principum, Procerumque vsque ad sæcularium, & eorum, qui extra obedientiam nostri sunt Ordinis, pro præsidendo Domibus ad favores confugit temere, videt dum eas ad certum omnes tempus vacare: vndę Prior Provincialis valet, libere minime, posito corde in virtute eius, lumen qui habitat in accessibile, distribuere domos eius, enarrareque, vt Christi servus, in progenie altera, propria necnõ, in Domino illas, iuxta opera sua, se dedisse vnicuique. Tum item quia ad biennium, mẽsem, aut dies paucos à novi celebratione Capituli accidere valet, Provincialem electum, é vivis volare, ex quo Domus omnes non damno abs pauco, reddituumq̃ dispendio pro vno solum modo gaudebunt anno Vicario de novo provisso; aliaque ob inconveniẽtia, rationabilia, missiva, quæ Epistola R.[mo] P. N. M. Gen. recitavit, ipsi R.[mo] enixe, humiliterque postulamus

lamus

lamus Paternali dignetur, vt benignitate ab huiuscemodi ordinatione vacantiæ scilicet Domorum omnium in Capitulo Provinciali Prælatorum supercedere, Provinciamque in antiqua praxi relinquere, si ipsi R.mo ita libitum fuerit, & placens.

Tametsi Filialis obtemperantia nostra procuret nec in minimo cadere, á quocumque, vel in sinuato saltem nobis R.mi P. N. M. Gen. per libitum, amor veritatis nos vrget proponere R.mo ipsi, ab eodem præcepta Ordinationibus pro hac Sãcta nostra Provincia fol. eius Actorum 37. num. 11. scilicet, quod nostri de Guadalaxara, & de Zacatecas Conventus duodecim, præter duos, Conversos Religiosos habeant adminus, & quod, qui ita non fecerit Prior gaudere nequeat in Capitulis Provincialibus voce. Ex eo, ita id vt statuat, motus, quod ad dictos alendos Fratres sufficienter sit redditnum. Ob defectum materiæ *ex qua* impossibilita esse promptiorum animorum nostrorum, id ad quod vellent, ipsum statim dando exercitio, se exhibere humillimos subditos, sicuti debere cognoscimus, observatui. Nam eleemosynarum, redituumque sufficiẽtia dictorũ Conventuũ dimidiã fere valet Fratrũ nec sustentare partem dictorũ. Unde ipsi R.mo supplicẽ facimus rogationẽ, pedes provoluti ad eius, huiuscemodi, pro Paterna benignitate, nostris præcibus annuens, vt dignetur, derogare. Cassamque reddere ordinationem, inclinet dum ad hoc iucunde cor gratum, eò inspiciens, quod subreptitie, & res

non

non vt est, hoc circa sit factus concius: sicuti vacătiam, & item locus Magisterij R. A. P. Mag. Fr. Ioannis Alvares; Nam Anno 1685. ante designationem scilicet illius (facta nam fuit 1686 anno] actam R. A. P. Mag. Fr. Antonio Zuaso, patet vt in eius Actis iam dictis pro hac Alma nostra Provincia N. 16. id iam Provincia, concessione facta R. A. P. Provinciali per R.mum & Ill.mum Archiepiscopum Cõpostel. citata superius, num.... vtens, & fecerat, & promulgaverat in Personam R. A. P. Mag. Fr. Ioannis Pimētel, vt pote quē hoc decere, erat de iure, tum habitus, patentis tum subscriptionis, ne aliunde inspiciamus, ratione; qua propter R.mo si placuerit, fiat ne inde dicto R. A. P. Mag. Fr. Ioanni Pimentel præiudicium talem Magisterij locum prædesignatum esse illi, & vt proprium declarare, rogamus.

Item ad rigidam, strictamque observantiam eorum quæ circa necessum est providētia, haud pauca, denuntiamus circa bagabundos Fratres hanc in dictis Romanis Actis pro toto Ordine dispositionem, sub titulo: *Confirmationes*, num. 3. confirmatam emanasse, quâm ad litteram, ad petitionem de hoc nobis specialiter factam, & etiam vt in promptu sit cuique, placet pro nunc transcribere totam *Confirmamus omnia, quæ in dicto Capitulo præsedenti circa Fratres Bagabundos stabilita sunt, scilicet: ad coercendos vagos, crebrosque fratrum discursus, ex quibus frequētissima ordini damna, & apud Sæculares scandala oriun-*

tur

tur, innovamus confirmationem Capituli Generalis Bononiæ Anno 1410. & Argentinæ 1417. Ordinat. 5. huius tenoris. Item vagos discursus Fratrum coercere volentes volumus, & mandamus, quod nullus Fratrum exeat terminos suæ Provinciæ, vel Regni sine licentia sui Provincialis sub pœna gravioris culpæ, quàm quilibet oppositum faciens ipso facto incurrat. Mandantes Prioribus Provincialibus, & Conventualibus, ac Conventuum Præsidētibus vniversis, quatenus quemlibet Religiosum extraneum sine litteris testimonialibus sui Provincialis advenientem, vel transeūtem, carceri mancipent, & Reverendissimum quantocyus moneant, qui pro expensis in detentione factis cabebit, & significabit, quid agendum: Præsidens autem, qui scienter contra fecerit, á suo Præsidentis officio, quousque prædicta adimpleverit, sit ipsofacto suspensus. Hisporro particulares pœnas, tâm pro dictis Fratribus vagabundis, quàm pro eorundem receptatoribus, tenore præsentium subnectere decrevimus; volentes, atque inviolabiliter executioni mandãdum esse, decernentes, vt transgressores, sine licentia Reverendissimi P. Gen. in aliena Provincia vagantes, non possint ab eiusdem Provinciali in vllo Conventu assignari, aut vllo tempore voce activa, vel passiva gaudere, & si studentes fuerint, atque ad propria redierint, nullatenus queant in suis Provincijs ad lecturam, vel aliam quamcumque functionem Scholasticam admitti: Priores vero dictorum vagabundorum receptatores sinê pœna, sint ipso facto ad officium Prioris per biennium inhabiles, & omnibus gratijs Ordinis privati existant. Ponderate verba, notate quam sedulo, oportet nobis argicam præstare pro

re pro complemento eorum ſolicitudinem ; Viribus ſed totis ad id adhibitis admã dabimus curam, & vt omnia fiant, iota vnum, aut vnus apex nõ præteribit noſtra vigilantia à lege.

Iſtæ ſunt Ordinationes.

ORdinamus in primis, renovandas eſſe, ſicuti & renovamus, omnes, & ſingulas Diſpoſitiones, Ordinationesque proximé præteriti Capituli Provincialis celebrati elapſo iam anno 1687. ſub R. Adm. P. N. Præſentato, & Præd. Gen. Fr. Joſepho de Vega (Requieſcat, Dei miſericordia, qui in pace) valde quia proficuæ ſtatui ſunt Provinciæ iſtius Sanctæ noſtræ, illiuſque regimini; R.mo vnde á Patre N. Mag. Gen. ſunt in omnibus, & per omnia benigniter confirmatæ Romæ 16. Maij. 1688.

Ordinamus deinde, quod cum in cap. Rom. Anno Iubilæi 1650. celebrato: Priori Provinciali huius Sanctæ noſtræ Provinciæ commiſſum ſit, deſignare certas, pro commodo, horas ad linguæ Mexicanæ exercendam proficuam, inibique ſuſceptã, lectionem, ſit deinceps hora tertia Ueſpertina pro tali fũctione ſtatuta, ſtabilita: ex quo Scripturæ Sacræ Lector ſuam exercebit lecti onem hora ſecunda ante Ueſperum, ſolummodo & vnde Primarius Theologiæ Moderator ſeptima matutina.

Ordinamus pariter, ex nunc prom to animo præſtandum eſſe praxi, ſolertia totali, id, quod in

dicto

dicto Capitulo Romano 1650. stabilitum remansit: omnes nempe studentes, saltem per biennium, intervenire exercitijs dictæ Mexicanæ linguæ teneri, eique studere sedulo, & vigilanter, viget vbi huiuscemodi Cathedra; quod, vt dictum est, observetur, scitum sit cuique: contrarium, in pœnam, facientes, exponendos non esse, sive Hispanorum, sive Indorum ad confessiones, neque ad munus prædicandi, nec ad vocem pasivam vllatenus admittendos vbicumque; sicuti in dicto sancitur Romano Capitulo. Illis tamen, qui ante talis bienij evolutionem per publicum examen, & secretam approbationem, in alterutra dictarum linguarum sufficientes reperti fuerint dumtaxat exceptis.

Ordinamus demum, in memoriam revocantes Ordinationem primam Cap. Provincialis celebrati Anno 1675. in hoc Nostro Imperiali Conventu S. P. N. Dominici de Mexico, approbati & per R. P. N. Mag. Gen. 1677. volumina singulis in studijs generalibus huiusce Sanctæ nostræ esse facienda Provinciæ, libri studij, quæ dicentur, in quibus tum Lectorū, Studentiū tum, â die, quo & lecturæ munus inceperint, & cursus studij Philosophiæ, Theologiæ pariter, Scripturæ sicuti & sacræ, linguæ necuon Mexicanæ, cum distinctione, subscriptioneque Regentis nomina, dies, Annus que signentur, vt cum tempus, & absolutionis á lectura, petitionisque ad gradus, litterarū atque, quas Dimissorias vocant, aduenerit inde sit desumere, fiat

vt id ſerio, iuxtaque Conſtitutiones, noſtras & leges rationem.

Iſtæ ſunt Declarationes.

DEclaramus, quod etſi iuxta diſpoſitioñe, iam & Capit. Gen. Rom. 1650. gratæ iam & memoriæ R.mi P. N. Fr. Thomæ Turco, quondam Magiſtri Ord. Gen. in Epiſtola, Paſtorali, ſub datũ Romæ 25. Junij 1644. ad hanc noſtram Almam Provinciam, à qua denuntiata fuit in Mexicano Provinciali Capitulo, die 7. Maij. 1646. Per Ill.mum ac R.mum Archiepiſcopum Valentinum Actibus eius 25. Maij, 1670. fol. 11. ſub titulo. Pro Provincia Mexicana. num. 1. confirmatam: Non debet quo ad gradus, & Dignitates (Verba ſunt Epiſtolæ præcitatæ] vllo modo ratio nationum, aut alternativæ: ſed præciſſe ratio meritorũ, & laborũ, abſque vlla acceptione nationum, aut Perſonarum attendi. Locum tamẽ, qui Magiſterij primo vt cumque vacaverit, deſignare, eſt debitũ, ſicuti ex nunc pro tunc deſignamus R. adm. P. N. M. Fr. Hieronymo de Cardona, ex natis in Hiſpania, præſentis Capituli Diffinitori, in memoriam trahendo, quæ erga id in favorem dicti R. adm. P. N. M. Diffinitoris ſunt prælo mandata in Capituli Provincialis hocce in Imperiali Conventu S. P. N. Dominici de Mexico celebrati anno 1679. Actis. fol. 7. n. 2. vtpote qui per multos annos iam gaviſſus eſt paten-

ti littera pro loco Magisterij vacaturo R.^mi P. N. M. Gen. titulo lectionis, quam exercuit dextero, & laudabiliter, quia necnon idoneus iuxta requisita omnia Constitutionum, Ordinationumque quarumcumque comperitur, omnibus, vt est obviam.

Item declaramus: illos R. R. P. P. Magisterij, Præsentaturæ, Generalis Prædicaturæ necnon gaudentes patentibus, & nõ dũ perfruẽtes locis, absq̃ titulo, aliove privilegio de iure, de cõsuetudine vedebere persistere, sicut & per R.^mum P. N. M. prædeclaratur eisdem in eorundem litteris; & ad loca deinceps, vniuscuiusque iuxta subscriptionis Patentium tempus, se debere succedere, secundum superius num.. dicta sanxitaq̃ à R.^mo P. N. Mag. Gen.

Declaramus, & insuper præiudicatos, qui se senserint erga ius proprium pro loco ad gradus honorem reperendo, sive per patentes litteras po sidentes, sive præcessionem ob eorũ, qui confusi minimè, vt revereantur in primis locis ita non sunt; vt quæ ad id non adhæret eorum faucibus lingua immemor antiquorum, maiora forte sortiuntur, qui merita, in terram alienigenarum gentium pertranseat, ad illud præoccupandum maioribus, plus illis qui laborarunt, non solum posse, si ad R.^mum P. N. Mag. Gen. recursum maluerint, mandare illum exequtioni, verum, dum id, servatis, servandis, iuridicè fecerint, multum fore gratitudinis nobis.

Istæ sunt Supplicationes, et Expositiones.

HOnorem cum numerus augeat Provincijs Cōvētuum, queis Sancta hæc nostra quit insigniri haud dificulter, humili, prout possumus, à R.^mo P. N. M. Gen. efflagitamus rogatu, nostra vt de Queretaro, & Sancti Ioannis de el Rio Hospitia instituere, si sibi placuerit, in Conventus Provinciæ dignetur Almæ huius.

Cum paterna R^mi. P. N. M. Gen. semper pauperculæ huiccæ nostræ Almæ fuerit Provinciæ benevola largitas; Romano Capitulo, Anno Iubilæi 1650., & titulo linguæ Mexicanæ, & Mistêcæ, locis illi duobus Præsentaturæ, atque Magisterij indulsit humanitus; ex quibus & si vnus Præsentaturæ, Magisterijque sit impletus; vacuus tamen relictus est, & alter, tum Præsentaturæ pro lectione linguæ Mexicanæ, tum labore Misteci idiomatis pro suscepto, qua propter ad istum, Magisterij scilicet, R. Patrem Præsentatum, & Prædicatorem Generalem Fr. Thomam Mexia, ex natis in Indijs exponimus, utpote, qui ipsius reperitur idiomatis Mistèci vnicus in Provincia, deinde item, quia canitie adeo est insignitus annosa, vt plusquam quinquaginta á professione enumeret annos, insumpsit quos semper, & Indorum ministerio Mistècæ, parū minimè laborioso, Concionatoris, & Hispanici

vbi-

vbiquè Provinciæ, nõ minor hoc in munere aliquo. Ad illum deinde, Præsentaturæ videlicet titulo lectionis linguæ Mexicanæ, etiam exponimus R. P. Fr. Iosephum Carranza, Virum apprimè adeo idiomatis huius expertum dexteritate, vt Cathedræ excubias præstat cui diligenter, nõ solum sufficiẽtissimus reperiatur, verum elaboratam, qui habet dictæ linguæ per vtilem artem, necnon qui annorum tempus septem supra viginti in Indorum Ministerio, Prædicatione & item Hispanica, abs pauco non labore insudavit, præfuit, profuit ac qui multos domui Novitiorum per dies.

Et quamvis hic nos sistere sit necesse, Fratres ad exponendos R^mo. P. N. M Gen pro locis vacaturis ad gradus quoscumque, eo quod non ex animo, non ex memoria labitur memoriæ placidæ R.^mi P. N. Fr. Ioannis Baptistæ de Marinis, quondam Magistri General. Dispositio matura, cordataque, de taliter non postulando; sufferre, nec valet, dum clamitat in plateis, multiplex Benemeritorum non pauca congeries nostratum, (saltim de illis, vt quando propitia ad illos respexerit opportunitas, præmio gaudeant, lauroque potiãtur in terris) notitiam, suisque pro Religionis fructibus honoris, & honestatis de vigilijs, insudationibus, multiplicibusque laboribus gratas, propitiasque R.^mi P. N. Magistri Gen. ad aures bene succedere. Præsto sũt titulo lectionis, tum Artium, tum Theologiæ, qui per multos annos id exercuere (ly: *multos annos*

iux-

iuxta R.^m & Ill.^mi Archiep. Cōpoſtellani Ordinationé, ad ſuorū pro haece noſtra Sācta Actorū Provincia numerum 12. ſub fol. 11. intellecto) R. P. Præſentatus Fr. Hyacintus de Medina Theologica pro Regali Univerſitate infula Doctorali inſignitus titulo lectionis digniſſimus Magiſterio. R. P. Lector Fr. Nicolaus de Alanis, litteris, manſuetudine, antiquitate inſignitus. R. P. Lect. Fr. Petrus Manio Doctor Theologus Regia in Mexicana Academia, inſudavit vnde, ſicuti Religionem & intra dexterrime, plauſuque communi, acclamatione non pauca, non vulgari. R. P. Lect. Fr. Nicolaus de Eſcalante, qui meritorum, tum lectionis, tum Prædicationis, tam onuſtam, quantum veridicam palam nobis copiam propoſuit. R. P. Lect. Fr. Balthaſſar Romeo: R. P. Lect. Fr. Didacus de Arellano. R. P. Lect. Fr. Marcus de Arrieta. R. P. Lect. Fr. Franciſcus de Aguirre. R. P. Lect. F. Michael de Aguirre, quos omnes, vere dignum, & iuſtū eſt, Præſentatura gaudere lectionis titulo, quando R.^mus ad id maluerit generoſum animum inclinare pro more.

Occurrunt deinde R. P. Præſentatus, & Præd. Gen. Fr. Antonius de la Torre, melioribus huius Novæ-Hiſpaniæ qui in Vrbibus incredibiles fere, ob multitudiné, cōciones Hiſpanicas fecit, facitque, ac qui multiplici præditus exiſtit cumulo meritorū, vnde honorari valet, ſi ipſū R.^mus Magiſterio, titulo Prædicationis, voluerit honorare. R. Adm. P.

Præ-

